



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Enchiridion Piarvm Meditationvm In Omnes Dominicas,
Sanctorvm Festa, Christi passionem, & cætera**

Busaeus, Johannes

Mogvntiæ, M. DCVI.

2. De causis instituti Sacramenti.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70978](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70978)

MEDITATIO II,

De causis institutionis huius Sacramenti.

1. **C**ONSIDERA, primam & præcipuam causam esse, vt declararet quãto amore nempe infinito & immenso nos prosequeretur, vnde Ioannes de vltima cena acturus. *Cum, inquit, dilexisset suos, quærant in mundo, in finem dilexit eos.* Dedit enim **CHRISTVS** nobis in hac institutione, non aurum non gemmas, sed thesaurum omnium thesaurorum, corpus suum & sanguinem animam & diuinitatem, **DEVM** & hominem, quo nihil maius & præstantius pari potuit. Secundò, hoc donum nobis præparauit eo tẽpore, quo Iudæi præparabant virgas, spinas, contumelias, blasphemias, spinas, clauos, crucem, & omnis generis tormenta **CHRISTO**. Vnde intelligis, quantum obstricti sumus vicissim amare donum & donatorem, & crebro hoc Sacramentum vsurpare.
2. **C**ONSIDERA, alteram causam esse vt nobis viam suæ passionis, imo totius vite memoriam relinqueret Vnde & præ-

cepit

ES DE
II,
S SACRAM
præcipiam
quâto amo
nos profa
na cenaa
nos, quierant
Dedit enim
atione, non
esaurum o
ium & lau
m, DOM
& præstan
c donû no
Iudæi præ
numelias,
ucem, & o
HAB SIT O
tricti simus
torem, &
pare.
ulam esse
imo totius
nde & præ
cepit

QUATVOR NOVISSIMIS. 495.

cepit dicens. *Hoc facite in meam commemorationem.* Tertiam vero, vt sua præsentia reali & perpetua continuo solatio sponſæ suæ, quæ est Ecclesia, & cuique animæ fideli esset. Quartam, vt membra capiti in vno corpore coniungeret, sic vt illud membris semper posset se communicare, & in ea influere, sine quo influxu illa mortua essent. Quintam, & hac esca & potu spiritali suæ sanctissimæ humanitatis nos inuitaret & traheret ad contemplationem & amorem suæ diuinitatis.

Matt.
20.

Confidera, & alias causas, vt sextam, ad conferuandam scilicet vitam nostram spiritualem, cum iste panis sit spiritalis, qui facit nos crescere in spiritu: sicut & cibum corporalem nobis prouidet, vt crescamus in corpore. Septimam, vt medicinam nobis contra quotidianas infirmitates id est, contra peccata relinqueret, sicut & reliquit contra vulnera & morbos corporum. Octauam, vt non careremus sacrificio vero ad diuinam maiestatem placandam, quam quotidie offendimus: & ad gratias agendas pro beneficiis, quæ indies recipimus. Nonam, vt nobis occasionem præberet admirabili modo exercendi tres virtutes.

3.

virtutes Theologicas, fidem, spem & caritatem, cum in hoc sacramento id maxime requiratur. Decimam & postremam, vt intime ipsi Deo coniungeremur, qui ppe cum ipse sit huiusmodi cibus in hoc sacramento, qui manducantem in se conuertat

MEDITATIO III

De dignitate, qua homini accedit ex hoc Sacramento.

1. **C**ONSIDERA, dum cōmunicas, te fieri templū Spiritus sancti, & tabernaculum totius Trinitatis, circundariq; infinito angelorum numero canētiū, *Sāctum, Sanctus, Sanctus*. Vt ergo templum semper debet esse mundum, & ornatum, sic cogita debere esse cor tuum purum & virtutibus ornatum. 2. animam tuam fieri thecā reliquiarum corporis & sanguinis Domini, quę longē omnes sanctorum reliquias excedunt. Vt ergo eiusmodi thecā sunt aureæ & argenteæ, margaritisque & gemmis ornantur, sic cura, vt anima tua auro caritatis, & argento castitatis, & aliorum donorum cælestium gemmis sit instructa.
2. Considera te communionē fieri quasi matrem

SS.
matrem
Christi, in
commun
generis a
mam tua
Operam
Virg. ma
facta est
viam C
quo non
deo, sed
crum ill
pus Chr
contine
corpora
ante co
omnibu
busque
CON
hospite
degeret
diueris
ses. Qu
voles, r
mam tu
riofum
vestem
pedes c